



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,  
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia  
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliæ  
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

**Haimo <Altissiodorensis>  
Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1551**

**VD16 H 222**

Sabbato quatuor temporum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39335**

nō tā ob clamorē fidelium iniuste dānatorum, rō  
tius iā mundi sit accelerāda ruina. Q uod autē dñs  
q̄si dubitatiue dicit. Putas inueniet fidē in terra, nō  
dubit, sed arguit. Verbo q̄ppe dubitatiōis incre-  
patur infidelitas, nō opinatur diuinitas. Nā & nos  
aliqñ de rebus, s certas habemus, increpatiue uer-  
bum dubitationis penimus, cū corde nō dubite-  
mus uelut si indigneris seruo tuo, ut dicas: Conte  
m̄is me: eōsidera, forsan dñs tuus sum. Et Apo-  
stolus ad q̄sdā cōtemptores suos: Puto autē inq̄, q̄  
& ego sp̄m dei habeam. Q ui dicit puto, dubitare  
uideretur, sed ille increpabat, nō dubitabat. Ita ergo  
& dñs scit qdē om̄ia, p quem facta sunt om̄ia, & ta-  
men dubitando increpat infidelium corda.

### SABBATO QUATVOR TEM porum. Luce XIII.

In illo tempore dicebat Iesus turbis simili-  
tudinem hanc: Arborem fici habebat quidā  
plantatam in uinea sua. Et reliqua.



**P**otest qdē hēc ar-  
bor fici, generis hu-  
mani designare natu-  
ram, p uineam genus hu-  
manum, p ficum, docto-  
res siue principes huius  
mundi. Q uæ bñ plantata  
est, hoc est, ad autoris sui  
similitudinē creata. Sed  
domino p triennium fru-  
ctum dare negauit, quia  
ante legem sub lege, sub  
gratia obœdire desierit.

Verum si ad superiora respexeris, animaduertes significari per uineam plebem Iudeorum, p ficut scribas & phariseos. & si generaliter omnium, specialiter tamen synagogæ typum portare. Nam cū præmissa illa tremenda sententia, Si nō pœnitentiæ egeritis, omnes similiter pibitis: mox de infœcunda arbore parabolam subiungit, apertissime docens eos quibus loquebatur, instar infructu os ficus, si non pœnitent, esse succidēdos. Vinea domini saba oris domus Israel est, ut Isaiae cantico docemur: synagoga autē in eadem domo cōdita, sicut est arbor in uinea. Sed qui uineā suā permisit a uiatoribus diripi, hic etiā ficut iussit excidi.

Et uenit querens fructū in illa, & nō inuenit. Id qd p se, q synagogā p Moysen instituit, dñs ī carnē nat⁹ apuit, & crebr⁹ in synagoga docēs, fructū fidei qsiuit, sed in pharisœo mente non inuenit.

Dixit autē ad cultorē uineæ: Ecce anni tres sunt, ex quo uenio querens fructum in ficalnea hac, & nō inuenio. Iq Per cultorē uineæ, apostolorum doctorumq̄ ordo exprimitur, quorum precibus ac monitis assidua plebi dei cura suggeritur. His etenim dominus spissime de infructuo sa Iudeorum gente querebatur, quod per tres annos suæ uisitationis, hoc est, in legalibus edictis, in propheticis contestationibus, in ipsa coruscantis ēangeli gratia, negligens extiterit.

Succide ergo illā, ut qd etiā terrā occupat: Nō ab apostolis, sed a Romanis ḡes Iudea succisa & a terra repromissiōis electa ē. Sed succide, ingt, illā, id est, succisionis eiuenturæ cladem, pœnitentiā suadendo, propone. Quæ iusto iudicio terrā

**Luc. 13.**

**Isagi**

cum regno perdidit, pro cuius amore cali ciues  
persequi, ipsumq; celi & terræ regem occidere nō  
meruit, dicens per suos pontifice. & pharisaos: Si  
dimittimus eum, sic omnes credent in eum, Et ue Ioh. 11.  
nient Romani, & tollent nostrum locum & gen-  
tem. Poteſt etiam per terram ſterili ſicu occupatā,  
Iudeorū plebis turba figurari, quæ noxia præposi-  
torum umbra, ne ueritatis lumen recipere poſſit,  
et depreſſa: & ne supernæ dilectionis ſole caleſie-  
ret, exemplum eorum prauitatis impedita, juxta  
quod eisdē alibi ſaluator. Vx, inquit, uobis ſcribæ  
& pharisaei hypocritæ, qui clauditis regnum cælo-  
rum ante homines. Vos enim non intratis, nec in-  
troeunteſ ſinitis intrate.

At ille respondens, dixit illi: Domine, di-  
mitte illam & hoc anno, uſq; dum fodiam  
circa illam.] ¶ Vox apostolorum eſt, qui post paſ-  
ſionem domini pro Iudeis ſummopeſe precabā-  
tur, ne abſque pœnitentia dominicæ crucis ultio-  
nem patrentur. [Uſq; dū fodiam,] inquit, [circa  
illā,] id eſt, radicē in fructuofa mentis, ligone bis  
acutæ inuectionis humilit̄, pſentiū uidelicet preſ-  
furaruſ horrorem & perpetuę dānationis incutiēs.  
Omnis quippe fossa in imo eſt, & nimia increpa-  
tio, dū mentē ſibi demōstrat, humiliat. [Et mitt̄  
ſtercora,] Id eſt, malorum quæ fecit, abominatio-  
nem ad animum reducam, & compunctionis gra-  
tiam quaſi de putredine ſtercoris uſcitem.  
Et ſiquidē fecerit fructum: ſin aut̄, in futurum  
ſuccides eā. ] ¶ Cum diceret, Et ſiquidē fecerit fru-  
ctū, nō ſubiunxit aliiquid, ſed ſuſpendit ſententiā:  
Cum uero adderet, [ſin aut̄,] continuo iudicium

Mar. 25.

uenturæ damnationis adnexuit, dicens: [in futu-  
rum succides eam.] Quia uidelicet multum pcli-  
uiorem ad negandum, quam ad confitendum do-  
minus synagogā uidebat. Vnde & alibi rebus ean-  
dem figuram, quam hic uerbis agens, infœcundā  
**Mat. 21.** sicutum æternæ sterilitatis maledictione damnauit,  
ostendens uidelicet eam, & si fidant apostoli cor-  
ripiendo, & si stercus aduertant peccata imprope-  
rando, nulla tamen pœnitentię fruge cumulandā,  
sed districtæ bipennis seueritate tollendam.

Erat autem docens in synagoga Iudeorū  
sabbatis. Et ecce mulier, quæ habebat spiritū  
infirmitatis annis decem & octo.

Dicta de fico parabola, dominus in synagoga  
docuisse narratur, ut uidelicet intimetur, non alio  
parabolam tendere, sed hoc esse fructum iuſcul-  
næ querere, & non inuenire uerbum synagogæ  
commodare, nec recipi. Quam tamen ne totā fun-  
ditus ob culpam sterilitatis extirpandam putares,  
sed reliquias per electionem gratiæ scires esse sal-  
uandas, mox ibidem ecclesiæ primitiæ sanatio,  
sub incuruata mulieris specie subsequitur. Quæ  
bene decem & octo annis fuit curuata, qui nume-  
rus ternario sexies ducto perficitur: quia uidelicet  
eam in testimonio legis, in uaticinio prophetæ, &  
in reuelatione gratiæ per infirma opera languere  
ostendit. Senarius enim numerus, in quo mundi est  
creatura perfecta, operum perfectionem signifi-  
cat. Tria uero sunt (ut dixi) tempora dominicæ ui-  
sitationis, in quibus Iudea, quæ terrena magis quæ  
calestia nouerat operari, quasi decem & octo an-  
nis a suæ mentis erat rectitudine curuata.

QVATVOR TEMPORVM. 545

Eterat incurvata, nec omnino poterat sursum respicere, ] quia terrena sapiens, infima requi-  
rens, cœlestia cogitare nondū sciebat, audiēs p pro-  
phetā. Si uolueritis & audieritis me, bona terrena Isa. 1.  
comedetis. Q uo cōtra mēbris ecclesiæ dicit Apo- Col. 5.  
stolus: Q ue sursum sunt sapite, nō q̄ super terrā.

Quam cum uidisset Iesus, uocauit eam ad  
se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmita-  
tē tua. Et imposuit illi manus, & confessim erecta  
est, & glorificabat dñi. ] Vedit, prædestinando per  
gratiā. uocauit, illustrando per doctrinā. imposuit  
manus spiritalibus, donis adiuuando. erexit, ad glo-  
rificandum dñi in operibus bonis, usq; ad fidē fir-  
mam prouehendo. Q uos (inquit) prædestinavit, Ro. 8.  
hos & uocauit: quos aut uocauit, illos & iustifica-  
uit; quos aut iustificauit, illos & magnificauit.

Respondens autem archisynagogus, in-  
dignans quia sabbato curasset Iesus, dicebat  
turba: Sex dies sunt in quibus oportet operari. In  
his ergo uenite & curamini, & nō in die sabbati. ]

Sabbato curauit: Iesus, ostendens iam esse tem-  
pus, ut secundum prophetiam Cantici canticorum Can. 2.  
aspiraret dies, & remouerentur umbræ. Sed nescie-  
bat archisynagogus, uel hoc uel illud multo excel-  
lentius sacramentum, quod sabbato curando dñs  
intimabat, quia scilicet post sex seculi huius etates,  
perpetua uitæ immortalis erat gaudia daturus, in  
cuius figura Moyses sabbato non a bona, sed a ser-  
uili, hoc est, noxia præcipit actione feriandum, il-  
lud utiq; tempus præfigurans, quo seculatia no-  
stra opera, non autem religiosa, hoc est, deum lau-  
dandi acta, cessarent. Fallitur ergo, & fallit archi-

MM

synagogus, quia lex in sabbato non hominē curare, sed onera ferre, hoc est, peccatis grauari prohibuit. [R]espondens autem ad illos dominus, dixit: Hypocrita, unusquisque uestrum sabbato nō solvit bouem suum aut asinum a præsepio, & dicit adaquare? ] Infidelitatis quidem arguit principes synagogæ, & merito hypocitarum, id est, simularum nomine notat, quos, cum magistri plebium esse appeterent, hominis sanationem pecoris curæ postponere puderet. Sed altiore sensu bouis & asini uocabulo, Iudeum Græcum significat, de quo rum uocatione scriptum est: Bos cognovit possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: quia uterque peccati vinculis absolu⁹, siue restumque nisi di huius, dominici fontis haustu⁹ depositum. [Hanc autem filiam Abraæ, quam alligavit satanas ecce decem & octo annis, non oportuit solvi a vinculo isto die sabbati: ] Filia Abraæ, est anima quæque similitudinis. Filia Abraæ est ecclesia, de utroque populo ad fidei unitatem collecta, quæ tempore legis & dominicae resurrectionis implero, per gratiam spiritus sancti septiformem, a vinculo longæ captivitatis erupit. Nam & hoc modo fortasse mysterium sabbati decem & octo annorum, potest non inconvenienter intelligi. Idem est ergo mystice, bouem vel asinum solutos a præsepio ad portum agi, quod & filiā Abraæ a vinculo noxiæ inclinatiōis erigi, ecclesiam uidelicet ex Iudeis & gentibus congregatam, laqueis peccatorum per a qua m baptisatis absolu⁹, atque ad cœlestia speranda sublimari. ¶ Notandum sane, quod nefandissima heres, ex eo quod dominus ait mulierem alligatam a satana, conatur astruere, corporum humanorum uitia, non ad dñm

**DOMINICA XIX. POST PEN. 547**

autorem, sed potius ad diabolum pertinere. quia si  
diabolus cum habeat semper cupiditatem nocēdi,  
nocere cuiquam possit, nisi ab omnipotente acci-  
peret potestatem. Nam quid aliud non solum in li-  
bro beati Iob, quem memorata h̄eresis cum c̄te-  
ris testimoniis libris & cum ipso deo qui dedit, qua-  
si maligno mundi principe, ut insanos exuffiat, sed Matt. 8<sup>v</sup>  
et iā euāgeliō declaratur, ubi d̄emonia, nec in por-  
cos ire potuisse, nisi hoc illis ipse cōcederet, legit.

**DOMINICA XIX. POST  
pentecosten, I.ad Corinthios L.**

**F**ratres, Gratias ago deo meo,  
Id est, laudes refero deo meo [semper pro uo-  
bis.] Cum dixit Apostol⁹, Gratias deo, nō sine  
causa addidit, meo. Cum enim omnium creatura-  
rum unus sit deus per naturam atq; potentiam, eo  
qd̄ sit creator omnium: illorum, tamen deus pro-  
prie esse dicitur, qui merito fidei & iustitiae eius cul-  
tores esse probantur, sicut beati Pauli aliorumq;  
apostolorum. Hinc dicitur. Ego sum deus Abraā, Exo. 3:14  
deus Isaac, & deus Iacob, per gratiam & uitę meri-  
tum. Et quare gratias dicit se agere semper pro fa-  
lute illorum, cum nemo hominum semper possit  
intentus esse orationibus aut gratiarum actioni-  
bus: Nam sicut in scripturis patrum legimus, Apo-  
stolus ab hora prima usq; ad quintam labori mā-  
nuum instrabat: ab hora autem quinta usq; ad decimam  
prædicationi operam dabat: post decimam  
vero, iterū procurabat pauperū peregrinorumq;  
hospitalitatem, suiq; corporis necessitatem: per  
noctem vero orationi attentissime insudabat. Ig-  
tur, ppter nuniam assiduitatem, qua per singulos

MM ii